



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod nullus est sine peccato hic, excepta virgine. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoque generandi absq; viri semine virgini p̄parauit. Ita enim verba euangelii docent, vbi angelus virginē alloquens ait, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et, Quod nasce- tur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Cui sacra virgo respondit, Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Quod exponens Ioannes ait, Post consensum autē sanctæ virginis Sp. S. superuenit in eam secundum verbum domini q; dixit angelus purgans ipsam, & potentiam deitatis verbi receptiuam p̄parans simul autem & generatiuam. Et tunc obumbravit ipsam Dei altissimi per se sapientia & virtus existens, i. filius Dei patri homouios, i. cōsubstantialis, sicut diuinum semē. Et copulauit sibi ipsi ex sanctissimis & purissimis ipsius virginis sanguinib⁹ nostræ antique conuer- sionis carnem animatam anima rationali & intel- lectiua: non feminās, sed per spiritum sanctū creās: quare simul caro, simul Dei caro, simul caro ani- mata rationali & intellectu, simul Dei verbi caro animata rationali & intellectiua. Ex his perspicuū sit, quod ante diximus. carnem scilicet, verbi si- mul conceptam & assumptam: eandemq; immo to- tam virginem spiritu sancto p̄ueniente ab om- ni labe peccati castificatam. Cui collata est poten- tia nouo more generandi: vt sine coitu viri siue li- bidine concipientis in vtero virginis celebraretur conceptus Dei & hominis. Illa enim caro, quam Deus de virgine sibi venire dignatus est, sine vitio concepta, sine peccato nata est. Hanc tamen car- nem non cœlestis, non aereæ, nō alterius cuiusque putes esse naturæ: Sed eius, cuius est omnium ho- minum caro.

Auctoritate firmat ex tunc fuisse virginem im- munem à peccato.

Quod autē sacra virgo ex tunc ab omni peccato immu-

Luc. 1. d

Ibid. d

Ioan. Dasso.

lib. de or.

1. hōd fide,

3. c. 2.

Aug. lib. de

fide ad Pet.

1. 2. in me-

dio capitis.

Ibidem pau?

1. d. superius.

B

immu-

Ad principiu immunis extiterit, Augustinus euidenter ostēdit
e 30. in to. 7. in libr. de natura & gratia: inquit, Excepta san-
 cta virgine Maria, de qua propter honorē domini,
 nullam prorsus eum de peccatis agitur, haberi vo-
 lo quæstionē. Indē n. scimus, quod ei plus sit gratiæ
 collatum ad vincendū ex omni parte peccatū, q̄
 cōcipere ac parere meruit, quem constat nullum
 habuisse peccatū: Hac ergo virgine excepta, si om-
 nes sancti & sanctæ cōgregari possent, & quære-
 tur ab eis an peccatū haberent? quid responderet-
 tur, nisi quod Ioannes ait, Si dixerimus, quia pec-
 catum nō habemus, nos ipsos seducimus? Illa autē
 virgo singulari gratia præuentā est atque repleta,
 vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex ini-
 tio habuit vniuersitas dominum: vt illud q̄ nasce-
 batur ex propagine primi hominis, tantummodo
 generis, non criminis originem duceret.

Ioan. 1.

*Quare non fuit Christus decimatus in Abraham, sicut Le-
 ui, cum caro quam acceperat in eo, fuit peccato
 obnoxia.* C

Cum autē illa caro, cuius excellentiā singularis
 verbis explicari non valet, antequam esset verbo
 vnita, obnoxia fuerit peccato in Maria & in aliis à
 quib⁹ propagatione traducta est: nō immerito vi-
 deri pōt in Abraham peccato subiaceuisse, cui⁹ v-
 niuersa caro peccatis subiacebat. Vnde quæri so-
 let, quare Leui decima dicatur in Abraham & non
 Christus, cū in lumbis Abrahæ vterq̄ fuerit secun-
 dū materialē rationem, quando Abrahā decima-
 t⁹ est, & decimas dedit Melchisedech, tunc n. Apo-
 stolus, Leui decimatum dicit in Abraham, tanquā
 in materiali causa: Quia ea decimatōe sicut Abra-
 hā minor Melchisedech ostēditur, cui personaliter
 decimas soluit, ita & Leuiticus ordo, qui in Abra-
 hā secundū rationē seminalē erat, & ex eo per cō-
 cupiscentiā carnis descendit. Christus autē nō est
 decimatus, quia licet ibi fuerit secundum carnē,
 non

Gen. 14. d.

ad Heb. 7. b